

plenary ad id accedente, appropriamus, donamus et tradimus in his scriptis, in praemissis bonis nihil iuris nobis ac nostris successoribus penitus reservantes, volentes et decernentes, bona eadem in toto ecclesiastica ad ius et tuitionem ecclesiasticae libertatis perpetuis temporibus pertinere. Ut autem omnia et singula praemissa perpetuae firmitatis robur obtineant, praesentem paginam nostri sigilli munimine dedimus roboratam.

Nos quoque Johannes praepositus, Henricus decanus, Conradus Wurcinensis praepositus, Nycolaus Nisicensis archidiaconus, Arnoldus Haynensis praepositus dei gratia, Otto de Dony, Albertus de Gubyn canonici, una cum omni capitulo Misnensis ecclesiae supradictae institutioni, appropriationi, donationi et omni ordinationi dicti altaris seu vicariae praedictae per praefatum dominum nostrum episcopum Withegonem in ecclesia Misnensi canonice factis nostrum adhibemus consensum voluntarium et expressum. In quorum omnium evidentiam ampliorem rogati testes omnium praescriptorum sigillum nostri capituli litteris praesentibus duximus appendendum. Datum et actum Nussin, anno domini M^o.CCC^o.XLI. X^o. Kal. Julii, hoc est in die X milium militum martyrum beatorum.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; an Pergamentstreifen hängen die Siegel des Bischofs und des Capitels, beide mit Contrasigillen.

No. 433. 1341. 22. Juni.

P. Benedict XII. beauftragt die Bischöfe von Meissen, Krakau und Culm die zwischen dem K. Kasimir von Polen und dem deutschen Orden obschwebenden Streitigkeiten wegen der Lande Culm, Pomerellen, Cujavien, Dobrin und Michelau genau zu untersuchen und auf Grundlage gewisser näher von ihm bezeichneter Punkte den Frieden zwischen beiden zu vermitteln.

Benedictus episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus . . Misnensi et . . Cracoviensi ac . . Culmensi episcopis salutem etc. Dum diligenter commoda pacis et concordiae bonum attendimus etc. — Datum Avinione X. Kalendas Julii pontificatus nostri anno septimo.

Dogiel cod. dipl. regni Pol. IV. p. 66. — Theiner vett. monum. Pol. et Lithuan. hist. ill. I. p. 452. nach einem Transsumt v. J. 1342.

No. 434. 1341. 28. Juni.

B. Withigo II. belehnt die Burggrafen Hermann und Meynher von Meissen mit dem Zehnten im Gerichtsbezirk der Burg Frauenstein.

In nomine domini amen. Cunctorum periret memoria factorum, si non litterarum et idoneorum testium patrocinio firmarentur. Nos igitur With[ego] dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis tenore praesentium recognoscimus, quod omnem devolutionem decimae ad iurisdictionem castri Vrowensteyn pertinentem, quae devolutio ad nos dinoscitur pertinere, nobiles viris dominis et fratribus dominis Hermanno et Meynhero burchgraviis Misnensibus contulimus et praesentibus conferimus titulo iusti feudi. In cuius rei testimonium et certitudinem pleniorum nostrum sigillum praesen-